



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Hora decima Matutina.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Hora decima Matutina.

Maria Mater Dei offero tibi in tributum &c. devotâ mente recito sequentes binas Ecclesie Collectas.

Defende quasumus Domine beatâ Mariâ semper Virgine intercedente istam ab omni adversitate familiam (animam) & toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere elementer insidiis. Per D. N. J. C. &c.

Famulis tuis quasumus Domine celestis gratia munus impertire. Ut quibus B. V. partus exitus salutis exordium, Conceptionis ejus, Nativitatis & Visitationis ejus votiva solennitas pacis tribuat incrementum. Per D. N. J. C. &c.

Ex Festis Maji.

SS. Philippe, Jacobe & Joannes Apostoli impetrate mihi pro felici morte patientiam invictam, & contra Dæmonem victoriam. Idem impetrate mihi hoc mense dati & dandi Patroni, &c.

Hora undecima Matutina.

Maria Mater Dei offero tibi in tributum die hac horâ hæc &c. devotâque mente perfolvo binas has Collectas.

Famulorum tuorum quasumus Domine delictis ignosce. Ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem Dominum nostrum, &c.